- quod in patina, phiala est, summis labris delibat, idque alii ebibendum tradit, quod quidem signum erat honoris, (vid. *Dan. Heins.* ad *Silium Italic.* II, 301. et *Fischer* ad loc. *Anacreontis*) atque hodie adhuc hospitibus interdum est sollemne, *zubringen*, *zutrinken*. Adde *Langbain* ad *Dionys. Longin.* de *sublim.* sect. 32. p. 172. *Toll.* Sed in l. I. *Anacr.* et *ibid.* IX, 29. nihil est nisi simpl. *trinken*.
- Προς* cum genit. idem saepius, quod *παρα*, *ὑπο*, *α*, *ab*, *Sol.* 3. *Hes.* et *Suid.* *προς αὐτῶν* *παρ' αὐτῶν*.
- Προς ἀνδρὸς δειλῶς*, conuenit stolido homini, pertinet ad stolidum hominem. *Pyth.* 28. Cf. de usu huius praepos. *Viger.* de *Idiotism.* C. IX. sect. 8.
- Προσδεχομαι*, excipio, admitto. *Pyth.* 40. ubi est orationis inuersio poetis vtriusque linguae vtitatissima pro *ὑπὸν μάλα κεν προσδ*.
- Προσπιπτω*, accido, incido. *Pyth.* 22.
- Προφαντος*, ὁ. conspicuus; *φανερὸς*, *εἰσχωρ*. *Schol.* *Pind.* 187.
- Προφερω*, profero. *Pyth.* 64. alias quoque antecellere, vt apud *Theocr.* XII, 5.
- Προφρων*, onos, ὁ, ἡ. beneuolus, propensus, *gütig*, *freundlich*. *Ariphr.* 4.
- Προχάνα*, praetextus. *Call. H.* in C. 74. a *χαίνειν* dicere apud tragicos.
- Προχον*, ης, ἡ. ostium, quo fluuius in mare effunditur. *Mosch.* II, 31.
- Πρωτα*, primum. *Pyth.* 1. Adiectiua neutro genere loco aduerbiorum ponuntur. *πρωτιστα*, primum. *Pyth.* 10.
- Πτελια*, ας, ἡ. ulmus. *Call. H.* in C. 28.
- Πτερον*, α, το. ala. *Anacr.* IX, 32.
- Πτερυξ*, γος, ἡ. ala. *πτερυγεσσι* ion, et poet. pro *πτερυξι*, dat. plur. *Bion* I, 85.
- Πτολις* poet. pro *πολις*, urbs. *Bion* I, 36.
- Πτοαω*, perterrefacio, *erschüttern*. *Sapph.* 2, 6.
- Πτυω*, proprie spuerere, vt *Call. H.* in C. 6. Sed *Th.* XV, 133. est *spumare*, *schäumen*, *ausschäumen*.
- Πτωχεω*, inops dego, mendico. *Tyrt.* I, 4. *Schol.* ad *Aristoph.* *Plut.* 548. ἡ *πτωχεια* *καρτέλης* *τῆς* *κτῆσεως* *ἐκπτώσις*.
- Πυθμην*, ενος, ὁ. fundus. *Solon.* 20. De mari; der des wogenden wilden Meeres Abgrund aufwühlt.
- Πυκαζω*, 1) *corono*. ita enim *Hesych.* *πυκαζε* *καλυπτε*, *στεφανο*, *πυκν*. vide etiam *πυκαζεσι* apud eundem pag. 79. ibique

que interpret. 2) *contego, redimo, orno*. Anacr. IV, 15. ubi est: *tempora rosis siue roseis coronis cingere*; Mich vielmehr, weil ich noch lebe, salbe und um meine Schläfe winde Rosen.

Πωματον, *postrema*. Bion I, 45.

Πυρ Anacr. 29, 35. de colore rubeo; vid. ibid. ad v. 20.

Hinc πυρρός, *rufus*, de quo confer voc. ξανθός et Salmas. eodem loco excitatum.

Πυριδωμος, α. idem quod πυριβρομος, ignem i. e. splendorem emittens et circumfundens, *Strahlenverbreiter*. Orph. 7, 11. de Sole.

Πυρρω, *incendo*. Anacr. X, 15.

P.

ῥαδινός, *gracilis, mollis*. Th. XI, 45. Schol. ῥαδινόν, το ἐπιμηκες καὶ λεπτόν.

ῥαίνω, *perfundo*. Bion I, 77.

ῥεζω est poet. vocab. et sollemne de sacrificiis, *facio*. Pyth. 3.

Sic apud Hom. Il. α, 140. dicit ἱερα ῥεζάς. 315. 147. β, 440.

Porphyr. de abstinent. (quem excitat Hemsterh. ad Lennep

Etym. p. 846.) II, 59. ὃ ἡμεῖς νυν θυσίαν λέγομεν, ἐρδεν

ελεγον οἱ παλαιοί. ῥεζειν enim per metathesin et addito σ ῥεδ-

σω) ex ἐρδω est fictum. 2) *ago, facio*. Pyth. 42. Cleanth. 18.

ubi reddi debet *begehen, anrichten*.

ῥηιδίως ion. pro ῥαδίως, *facile*. Hom. H. in V. 39.

ῥιγίον proprie comparatiuus a ῥίγος, η, ον. *durius*, magis hor-

rendum, *schrecklicher*. Mim. I, 2. Hesych. ῥιγμόν. φοβερωτε-

ρον, χαλεπωτερον.

ῥι, ῥίγος, ἡ. *nasus*. An. 28, 22. et ῥίς Th. XI, 33. vtramque

formam a stirpe quodam antiqua ῥίς descendere, facile

adparet.

ῥοδινός, *roseus*. Anacr. 29, 18. ubi v. n.

ῥοδοδακτύλος, α, ε, ἡ. Mim. 4, 3. De aurora roseis digitis for-

mosa. Reddi possit: *die rosengefingerte Aurora* vel, si hoc

non placuerit, *Aurora mit rosigen Fingern*. Epitheton Au-

rorae maxime Homero familiare, de quo vid. Ernesti ad

Il. α, 477. et Schol. ad Odysf. β, 1. Neque vero adstipu-

lari possum viro illi magno ibi adfirmanti, huiusmodi vo-

cabula in linguam vel latinam, vel vernaculam non debe-

re transferri, sed vniuersam pulcritudinem cum proprie-

tate alicuius partis cogitari; quasi nobis fingere animo pos-

simus



finus illam pulcritudinem sine adminiculo linguarum vernacularum, quarum ope res, maxime quas sensibus percipimus, forma quadam quasi indutae oculis et menti obii-ci debent.

Ῥοδοπαχὺς, εὖς, ὁ, ἡ. Hom. H. I, 6. *Ῥως ῥοδοπαχ.* Aurora roseis vlneis spectabilis et formosa, *die rosenarmichte Eo.* Poetae enim eas pulcritudinis partes solent notare, quae maxime conspicuae sunt. Atque in femellis pulcras teretesque vlneas in primis admiramur atque amamus.

Ῥεθίος, ε, ὁ, ἡ. cum impetu ruens, plane vt Horatianum illud Od. III, 4, 57. *ruentes, Stürmer.* Orph. 18, 6. vbi poeta respicit ad Gigantes et Titanas.

Ῥοῖζος, ε, ὁ. impetus. Orph. 18, 10.

Ῥοῖζωτης, ηρος, ὁ. strepitum et stridorem edens, *rauschend, braussend.* Orph. 7, 6. De sole quasi ob strepitum, quem currus solaris, velox cursus efficit. Idea docta, magnifica et audax.

Ῥοπα, ας, ἡ. dor. pro ῥοπή, proprie *libramen, libramentum, das Gewicht.* deinde poet. pro eo, qui aliquid librat. Nemesis dicitur vitae ῥοπή, quatenus hominum res gestas et vitam quasi ponderat. Mesom. 1. *die du das Leben wägst.*

Σ.

Σαγηνευσαν dor. et acol. pro *σαγηνευσαν* h. e. *σαγηνευσσαν*, et hoc *κατὰ χρόνον ἐναλλαγήν, σαγηνευσσαν.* Sapph. I, 19. vbi v. n. Hesych. *σαγηνευσεν* * *θηρευσεν, αιχμαλωτίζειν, η ἄλιευεν.*

Σαινῶ, Hom. H. in V. 70. *σαινόντες*, *adulantes, blandientes, schmeichelnd.* Canes et alia animalia, dum caudam blande moueant hominibusque adludant, proprie dici *σαινειν, ὑποσαινειν*, animaduertit Valcken, ad Eurip. Hippolyt. p. 256. Aelian. H. V. lib. XIII, 42. *μελιτταρον κυνιδιον σαινε.* cf. et Lennep Etymol. p. 861. Ceterum notare debent studiosi in illo Homeri loco suauem fictionem ferarum bestiarumque aduentum Deae sentientium.

Σαμψυχον, ε, το. *amaracum*, Maioran. Mel. I, 11. Hes. *σαμψυχος* * *πλειστη γινεται εν Αιγυπτῳ* — *αλλοι δε Μακρατον*, (sed omnino cum interpret. quos vide, ibi legendum *μαρακον* vel *Αμαρακον*) *καλεσιν αυτην.*

Σαω poet. pro *σωζω*, *seruo.* Pyth. 66. Call. H. in Cer. 135. est *σαω* imperat. praef. act. dor. pro *σαοε, σαου, σαω*, vel per apocopen pro *σαωζε* a v. *σαωζω.*

Σατινῆ

Σατινᾶ, ἡ, ἡ. *plaustrum*. Hom. H. in V. 13. Hes. [σατιναί· αἱ
ἀμαξαί.

Σεβέσθαι, *venerari* Pyth. 2. de iureiurando, et verbum hoc
in schola Pythagorae fuit vñtatissimum, v. Marcil.

Σειω, *moveo*, *vibro*, *rühren*, *regen*. Anacr. 22, 3.

Σελινον, ἡ, το. *apium*, *Eppich*. Mosch. III, 107.

Σευομαί, *concitor*, *moveor*, inde, vti iam Homerus vsurpauit,
eo, sed motum et celeritatem inuoluit. Callim. H. in
Cer. 34.

Σιμβλον, ἡ, το. *alveare*. Th. 19, 2.

Σιτος, *frumentum*, σιτον, *panis*. Pyth. 33. apud medicos ve-
teres qui sit vsus, docet Foësius oecon. Hippocr. sub h. v.

Σκηπτρον dor. pro σκηπτρον, *sceptrum* et metonym. *regnum*.
Pind. 19.

Σκεδάω, *diffringo*. Anacr. 4, 18.

Σκιη ion. pro σκία, *umbra*. Anacr. 22, 1.

Σκοπός, ἡ, ὁ. *custos*. Pind. 86. *Des Olympe Wächter*. Doctus
poeta sic deos vocat, quia illi coeli perpetuo inhabitant.

Στήθος dor. pro στήθεσ, *pes. pectus*. Bion I, 5.

Στερνόν, το. *pectus*. Tyrst. II, 33.

Στεφανή, *corona*, ὅρα δὲ εἰς circuitus calathi. Mosch. II, 55. At-
qui Herodot. VII. p. 562. Thessalia, inquit, ἐπεὶ περὶ
στεφανώται, montibus circumdata, ad quem locum vid:
Wesseling, qui etiam p. 674. docet, στεφανος et στεφανη
dicere Graecos; de reliquo vsu huius vocabuli v. Hesych.
f. h. v.

Στηρίζω, *firmiter sto*. vid. ad Tyrst. I, 32. et Ernesti ad Hom.
II. φ, 241. Homerus II. v, 56. aliisque locis ipse explicat
per ἐσταμέναι κρατερῶς. v. Klotz ad loc. Tyrst. qui etiam
elegantem locum ex Orphei Argonaut. 254. laudat.

Στιβας stratum ex herba et floribus congestum, *Blumenla-
ger*. Bion I, 69. v. Schol. ad Theocr. XIII, 34. Respi-
cit poeta, vti ex Adoniazulis Theocriteis patet, ad le-
ctum funebrem, in quo imaguncula, caelum formosum-
que Adonidem referens, ipsius festo poni solebat. Pollux
VI. segm. 9. refert στιβιδας ad ea, in quibus accumbere
solemus. Hesych. στιβας ἀπὸ βλαβδων καὶ χλωρων χορτῶν
στρωσις καὶ φυλλῶν, ἡ χαμαικοιτη. Schwebelio ad Bion. I.
mem. adnotante respondet Latihorum toro.

Στιχάω, *vado*, eo, Mosch. II, 115. vbi στιχωμεντο est imperf.

ion. pro εστιχωντο, significat comitari, geleiten. Hes. εστι-
χουντο· επορευοντο. ηκολαδουν. ειποντο στοιχηδον.

Στολιζω, amicio. Anacr. 28, 29. vid. Fabr. ad h. l. Thom.
Magist. p. 370. Perizon ad Aelian. V. H. III, 24. Stola
enim apud Graecos de toto ornatu cultuque corporis
dicitur.

Στοναχω, genio. Hom. H. in V. 253. Köppen super h. l. in
additamentis ad Anthol. graec. P. I. p. 190. ita scribit:
Ich verbinde so: ν. ο. στοναχιώστε εξον· μοι τατο μετ' αθαν;
nun werden keine Klagen mehr erschallen, so, daßs man
mir dieß vorwürfe; d. i. so lange ich noch keinen Sterb-
lichen geliebt hatte, that es auch den Göttern weh, daßs
ich sie alle zur Liebe der Sterblichen zwang. Sie iam-
mertem und machten mir Vorwürfe darüber. Nun da ich
ihnen gleich ward, also ihrer nicht mehr spotten kann,
nun werden sie nicht mehr klagen, mir auch keine Vor-
würfe mehr machen. Daßs die Götter sich einander gern
neckten, sieht man aus Ilias IV, 5. f. f.

Στονοεις, εσσα, εν. gemendus, tristis. Hom. H. in V. 153. de
sagittis Apollinis, quae maxime in morte acerba sic ad-
pellatae sunt. Sensus ibi: si et mors repentina me ere-
ptura esset.

Στρενγομα, paullatim deficio, tabesco. Call. H. in C. 68. vbi
v. not.

Στυγω, odio persequor, hassen, verwünschen. Orph. 67, 6.
De valetudine, quam Orcus odit. Redd. Dich hast nur al-
lein der immer verschlingende Hades.

Στυγνος, η, ον. Bion I, 53. de Plutone, tristis, morosus, hor-
ridus, schrecklich. Theocr. 30, 3. de capillis turbatis
mortui Adonidis, aufgesträubt.

Συλeuw, spolio, praedor. Th. 19, 2.

Συμπαισδεν dor. pro συμπαιζειν, colludere. Th. XI, 77. cf.
Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 349.

Συναιδωγω τινη, ludo cum aliquo. Mosch. II, 30.

Συνευνος, α, ο, η. 1) qui cum altero in eodem lecto cubat,
Schlafgefelle. Anacr. X, 13. 2) coniux. Pind. 143.

Συνοικειν, cohabitare. Anacr. X, 10. cf. Triller Obs. critt.
p. 296.

Συνοπαδος, α, ο, η. comes. Pyth. 59.

Συνοφρυς Anacr. 28, 16. vbi vid. not.

Συρισδεν dor. pro συριζειν, fistula ludere. Th. XI, 37.

Συσκια.

Συσκιαζω, obumbro, obtego, beschatten. Anacr. IX, 32. Hesych. συσκια· συνδενδρα.

Συστασις. Pyth. 51. Hierocles interpretatur συνταξιν τα δλα, constitutionem totius naturae, uniuerſitatis.

Συτο ſing. plusquamperf. paſſ. ion. pro εσεσυτο vel εσεσευτο, a συω, vnde σεω, feror, ruo, hinſliegen, quod vid. Pind. 32. Schol. expl. ωρησε.

Σφυσω dor. pro σφυζω, doleo, dolorem efficio, ſchmerzen. Th. XI, 77.

Σχεθεμεν dor. pro σχεθειν, habere.

Σωρηδον, coaceruatim. Erin. I, 5. Hes. expl. per συστημα σεωρευμενον, et in notis ad hunc Hesychii locum Photion in Lex. MS. exponit per ομς.

T.

Τακομαι dor. pro τηκομαι, tabesco. vergehen, dahinſchwinden. Moſch. III, 76. Call. H. in Cer. 93. Τακηση fut. 2. paſſ. a τηκω liquefacio, ſchmelzen. Anacr. X, 16. Vbi obſeruent ſtudioſi, opinionem fuiſſe veterum, adeſſe deos ſtatuſ ſuis eoſque deſtruendis ipſorum imaginibus aut ſtatuſ poſſe laedi.

Ταλαρος ανθοτοκος, corbis, calathus flores recipiens, Blumenkorb. Moſch. II, 34. ταλαρος dor. pro ταλαρε. Theocr. XI, 73.

Ταλικος, tantus. Bion VIII, 4.

Ταμιςος coagulum, Molke. Th. XI, 67. v. interprett. ad Hesych. ſub h. v.

Τανκος, longus. Moſch. II, 120.

Τανυσιπτερος, α, ο, η. i. q. τανυπτερος, expansis alis volans. De dea Dice, Nemefis comite. Meſom. 18. Die mit ausgeſpannten Flügeln (ομβριμαν) herbräufend. Sublimi hac idea haud dubie terror, qui anteit iuſtitiam, et poena eam ſequens ſignificatur.

Ταρσος Moſch. II, 60. eſt cauda pauonis in cratis figuram quaſi expanſa. ταρσεν αναπλ. ausgeſpreitet den Schweif; ſed v. 61. ταρσοι ſunt extremitates alarum. Hes. ταρσοις· πτεροις ακροις.

Ταυτα et τοιαυτα ad Pyth. 36.

Ταχυποτμος, ο. cito moriturus, ſchnell verwelkend. Pind. 107.

Τε et γε. Pyth. 14. Τε-και ſeruit duobus membris connectendis et redditur cum tum, et et. Anacr. 9, 24.

Τεθνακε

Τεθνηκε dor. pro τεθνηκε 3. perf. act. a θνησκω, morior, Bion I, 76.

Τεθναμεναι dor. pro τεθνηναι inf. praef. a τεθνημι obsol. pro θνησκω, morior. Tyrt. V, 1.

Τειρω, uexo, adfligo. τειροντι dor. pro τειρασι 3. plur. praef. Bion I, 22.

Τελεθω vocab. poet. sum. Tyrt. I, 12.

Τελεισθω perficitor. 3. sing. imperat. praef. pass. a τελεω, finio. perficio. Pyth. 24.

Τελεται εγρηγοροι Procl. 7. sacra arcana, quae excitant mentem, i. e. ad sublimiores cogitationes virtutesque reddunt propensioem, Geisterhebbende Opfer. cf. ad h. l. die Biblioth. der alten Litter. und Kunst. Tom. II. p. 20.

Τελθος dor. pro τελος, debitum, merces. Call. H. in Cer, 78. vid. Hesych. f. h. v.

Τελλομαι, sum poet. Pind. 121. Gediche redd. wenn Cyprias holde Gaben dich rühren.

Τελος alii substantiuo iunctum inseruit periphrasi. Mim. 3, 9. τελος ωρης pro ωρη, iuuentus, ut τελος πολαιμου pro πολαιμος.

Τεμενος, eos, το. templum. Hom. H. in V. 59. i. q. αλος, lucus ibid. 268. Antiquissimis temporibus hoc v. obseruante Hemsterhusio in Lennepii Etym. p. 965. denotabat agrum separatum et viris eximiis atque illustribus propter summa in patriam merita dicatum. Quoniam deinde ea aetate vota et sacra diis nondum in templis offerebantur, hoc in τεμενεσι i. e. in separatis et ab aliis seiunctis locis fiebat, ubi nihil esset nisi ara e caespite viuo exstructa. Hinc quicumque locus, vel ager, vel lucus, numini cuiusdam consecratus omnino τεμενος dicebatur, quem significatum h. voc. saepissime apud Herodotum obtinet, e. gr. Lib. II, 112. ubi disertè scriptor narrat εν τω τεμενει fuisse τα Πρωτεος ιρον. Lib. VII, 197. mentio fit loci sacri, qui ιρον αλος et τεμενος dicitur, ubi vid. Larcher cf. et Wesfeling ad Herodot. IX, 116. pag. 744. Denique etiam fana et templa ipsa nomine τα τεμενεος nuncupata. Secundum haec obseruata, quae animaduertit interpres ad Archaeolog. Graec. Potterianam Vol. I. p. 462. emendari debent. Etiam templum Latinorum de loco auguri vel auspicii causa quibusdam conceptis verbis finito adhiberi nota res est; deinde omnino de rebus consecratis usurpatur

tur. Bene Hesychius: *τεμενος*· πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος
τινὶ εἰς τιμὴν, ἢ ἔξον καὶ βωμός, ἢ ἀπονεμηθεὶς ἢ θεῷ ἢ βασι-
λει· (sc. κυρίου) et *τεμενή*· ναοί. ἄλλοι· ἢ τὰ ἀφωρισμένα
κατὰ τιμὴν χωρία.

Τεος, α, εν, *tuis* dor. pro *σος*, η, εν. Call. H. in C. 99.

Τεους voc. Dor. rarius pro *σου*. Th. XI, 25.

Τερήν, ὁ, ἡ, το *τερὲν*, *molles, tenuis*: *Τερεῖνα* foem. est voc.
poet. Anacr. 4, 1.

Τερπικέραυνος, α, ὁ. proprie qui fulminibus delectatur. Epi-
theton Iouis apud Homerum, der Blitzeschleudernde. Hom.
H. in V. 36.

Τερπνος, *suavis, iucundus*. Pyth. 31. τὰ *τερπνα* Anacr. XI,
10. vim habet aduerbii, *iucunde* i. e. laete ludere, iocari,
frölich scherzen. Το *τερπνον* Mim. 2, 1. *lactitia, Freude*.

Τερπώ, *delecto*, med. *τερπομαι*, *delecto me*, i. e. *delector*,
gaudeo. Mim. 2, 8. ihn (senem) reizt nicht der Anblick der
leuchtenden Sonne.

Τεταται perf. pass. a *τανω* vel potius a forma antiqua et ob-
soleta *ταω*, *extendo*. Theocr. XI, 32.

Τετευχατο ion. pro *τετευγμένοι* ἦσαν, a *τευχω*, *fabricor, bil-*
den. Mosch. II, 43. ab eodem verbo est *τετυγμένη* v. 44.
part. perf. pass. pro *τετευγμ.* vel potius a forma alia re-
gul. *τυχω* vel *τυκω*. ab eadem etiam est plusquamperf. pass.
ετετυκτο ibid. v. 47.

Τετραβαμών, ονος, ὁ, ἡ. proprie *quadrupes*. Hes. *τετραβαμῶ-*
νος· *τετραπόδος* Epith. Horarum seu quatuor temporum,
in quae annus diuiditur, et quorum vicissitudines suauiter
cum saltatione comparare veteres solent. Orph. 7, 5. Be-
ne Tobler: in ihrem verschlungenen Tanze,

Τηλαυγης, ες, *lucidus*. Hom. H. I, 13.

Τημος, *tunc*. Mosch. II, 6.

Τηνον dor. pro *εκενον*, illum. Bion VIII, 7.

Τηνος dor. pro *εκεινος*, ille. Bion I, 11. 76. saepius. Call. H. in
C. 12. 117. cf. Maillaire de Dial. 197. A. B. εκ *τηνω* dor.
pro *εκεινω* sc. *χρονω*, ex eo tempore. Th. XI, 29.

Τι fere. Th. XI, 3. vid. Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. I, 1.
et Paw ad Anacr. p. 113. τι ita restringere, minuere,
temperare, ait, vt nulla alia voce id similiter fieri possit.
Saepius intendit vt Th. XV, 23. *χρ. καλ. τι*, *gar was*
schönes. ibid. v. 83, *σοφον τι χρ.* doch ein gescheides Ding.



Τιθεω f. **τιθημι** idem saepissime apud Graecos, quod **ποιεω**, **πορομαι**, facio, efficio, reddo, muto. Mim. I, 9. 2, 6. 10. Solon. 22. 53. Anacr. 9, 36. Call. H. in Cer. 24. **τιθεναι** **ψυχην εχθραν**, vitam contemnere Tyrt. II, 5. cf. Potter ad Lycophr. v. 1176. Stephan. in Thes. Ling. Gr. p. 1471. illum significatum minus frequentem esse ait: at vero praeter exempla a Stephano et a nobis allata, alia in promptu sunt. Theocr. XVI, 45. **θη' ονομαστους**. id. 24, 107. **αιδου εθηκε**, cantorem eum fecit. Ael. Var. Hist. XIII, 6. ab init. **ταυτ' εγω θησω καλως**, haec ego curabo recte, Eurip. Hippol. 521. etc. Solon. 45. **θεςθαι φειδ. ουδεμ. ψυχ.** elegantius dictum pro vulg. quod e. gr. Tyrt. I, 14. occurrit **ψυχων** i. e. poet. **ψυχης, μη φειδεσθαι**. Cleanth. 19. **αριθ. θεναι** elegantius dictum pro **αριθ. ζεν**, componere, cunctis ordnen.

Τιμων (dor. pro **τιμην**) **επιφεροισα χάρις**, Gratia, quae narrationibus auctoritatem adfert, facit, vt narrationes habeamus veras. Pind. 50.

Τιν Theocr. XI, 29. 39. 55. 68. saepius, dor. pro **σοι**. vid. Maittaire de Dial. p. 195. et Gregor. Cor. de Dial. pag. 122. ibique Koen.

Τινασσω, vibro. Tyrt. II, 25. concutio. Orph. 16, 7. 18, 3.

Τιπτε poet. pro **τιποτε**, cur. Bion VIII, 2.

Τις 1) vim habet intendendi. Anacr. 9, 24. 2) quisque Tyrt. II, 29. Callin. 5. 9. saepe refertur ad eos, de quibus ante actum est, vel quos adloquimur, e. gr. Hom. II. β, 39. **Αλλα τις εγγυς ιων**, vos igitur propius accedite; Köppen interpretatur: *ieder geh' in die Nähe, mit langem Spiesse verwund' er'viele, und mit dem Schwerd tödt' er den feindlichen Mann*. Hinc non raro pluralis ponitur post **τις**, si habere potest vim pluralis, vid. Xenoph. Mem. I, 2. pag. 28. ibique Ernesti. 3) **Τις εμι**, valeo, sum in dignitate. Theocr. XI, 79. frequens loquutio apud Graecos, cf. Kypke Obs. p. 274. sq. Tom. II. Iac. Elsner in Obs. sacr. p. 387. et Wolf in Curis philol. et critt. in Aëta Apost. V. 37. 4) cum coniunctiuo saepe ita solet poni, vt vim habeat particulae nostrae *man*. An. 29, 16. **ινα τις** etc. *dass man sich vor ienen fürchte*. Sic quoque occurrit v. gr. Herodot. III, 122. VII, 6. 10. IX, 94. Suppleri forte tunc possit **πας**.

Τιτρωσκω, vulnere, stechen. Anacr. 40, 3.

Τιν,

Τῶ, *luo*, *poenās do*. Sol. 29.

Τλημων, *onos*, ὁ, ἡ. *miser*. Pyth. 55.

Τοι vid. ad Pyth. 24. *haud dubie proprie est antiquus dat. pro τῷ, vnde ducenda significatio pro τῷ, vel τῷ ὄντι, ideo, quare*. Solon. 63. Sic Tyrt. I, 11. Drob hat denn (ἐνθ' ἔτῳ) keine Schönheit der irrende Krieger. cf. Hoo-geu. de Part. pag. 749. ed. Schüz. Aristot. 18. τοι γὰρ, *darob. dor. pro σοι*. Pyth. 26.

Τοιον i. e. *τῶσον γὰρ, nam talem, denn einen so großen*. — Cleanth. 9. Aristot. 6. Hoc voc. vt Latinorum *talis et tantus* interdum simul causam particularem (γὰρ) intra se complectitur. cf. Ill. Heyne ad Virg. Aen. V, 404. var. lect. et Cludius ad nostr. loc.

Τοκα, *tunc*. Bion. IV, 11.

Τορος, α, ὄν. Mel. I, 7. ὕμνοι τοροὶ *sunt carmina sonora, die volle Narcisse des lauten Menalippidischen Liedes; nihil amplius*.

Τοσσαδε, *aduerbium pro nomine. τοσαυτοῖς νικηφοροῖς, tantis victoribus*, expl. Schol. Pind. 186.

Τετακίς, *tunc*. Call. H. in C. 33.

Τραχηλος, α, ὁ. *collum*. An. 28, 27.

Τρεμω, *tremo, horreo*. Call. H. in C. 111.

Τροχος, α, ὁ. *rota*, Anacr. 4, 7.

Τρυφερος, α, ὄν, *tener, mollis*. Anacr. 28, 26.

Τυ dor. pro συ, *tu*. Bion I, 93. Mosch. I, 24. 26. etc. Pind. 135.

Τυραννος, *dominus*. Anacr. 9, 17. Hoc enim voc. antiquissimis temporibus non aeque inuidiosum, ac sequentibus fuit. cf. Snakenb. ad Curt. I, c. 10. fin. Fuller misc. sacr. I. 12. Bos in ind. Cornel. sub h. v. *Etymologus* col. 772. i. Τυραννον δὲ οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ βασιλεὺς ἐφασαν· ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν τυραννὸν βασιλεὺς ἐλεγον. cf. Lennep Etymol. p. 1013.

Τυτθον 1) *parum*. Bion VIII, 3. *parump̄er, paullum* Bion I, 45. *neutrum pro aduerbio*.

Τυτθός vid. ad Mosch. I, 19.

Τυχη, *fortuna, fors*. Pyth. 17. vid. etiam δαιμων.

Τῷ Cleant. 6. pro τοι, *hac re, darum*. Hesych. τῷ. διὰ τῷ.



Υ.

Υγίεια, α, ας, ion. ης, valetudo, ἡ περὶ σωμα, periphrasis, valetudo corporis. Pyth. 32.

Υγρός An. 28, 21. lubricus, mollis, flexibilis, lieblich. schmachtend: sic medici vett. ὑγρον σωμα vocant. v. Foesii Oecon. Hippocr. p. 632. sub v. ὑγρ. Winkelmann in der Geschichte der Kunst ed. 1776. p. 301. hoc voc. pulere explicat et exponit: das Schmachtende und Liebäugelnde in den sanftgeöffneten Augen. Alciph. I. ep. 28. τανερον βλέπεις βλέμμα, ibique Bergler; Klotz ad Tyrt. p. 114. 115. Pareum et Burmann ad Quint. XI. 3. p. 1015.

Υμνος carmen. Anacr. 9, 12. vbi v. not.

Υπαρ, somnium verum, ein wahres Gesicht. v. ad Mosch. II, 17.

Υπεδεκτο 3. sing. plusquamperf. dor. et poet. pro ὑπεδέδεκτο, ab ὑποδεχομαι, suscipio. Mosch. II, 26.

Υπερτε, desuper, supra. Anacr. 29, 34.

Υπεροπλος, α, δ. insolens aut seuerus, audax (sic Horat. paupertatem dixerat seueram, audacem) Pind. 90. Gedichte vertit: da ergriff den Stolzen die Rache mit schewergewapneter Faust.

Υπερωφιον, superior aedium pars. Mosch. II, 15. vid. Hesych. et du Port Gnomolog. Hom. pag. 61.

Υπνον μοχθειν Bion I, 73. vbi v. not.

Υπο, 1) sub, ad, cum adcusat. Anacr. 4, 16. vbi v. Barnes. 2) eum, Dionys. H. in Apoll. 9. cum datiuo.

Υποβλεπειν, limis et iratis oculis adspicere. Call. H. in C. 51. cf. Dorville ad Charit. p. 506.

Υποδμαομαι, subiugor. Mosch. II, 93. ibid. 75. de telis Veneris, vulnerare, verwunden.

Υπονυσσω, clam pingo. Th. XIX, 3.

Φ.

Φα dor. pro εφη, dixit, a φημι. Call. H. in C. 46. φαντι dor. pro φασι ibid. 53.

Φαανθεν visae sunt, comparuerunt. Mosch. II, 3. poet. pro φανθεν, et hoc ion. ac boeot. pro εφανθησαν, 3. pl. a. 1. pass. a φαινω.

Φαιδρος, α, εν, hilaris, laetus. Mosch. 97. vbi oratio sic sup-

supplenda et struenda videtur: ὁ πρὶν (ὃν κατὰ τὸ) ἰδεσθῆναι
 Φαίδρος συν ὁμί. μισθ. aus dessen freundlichem Auge sonst
 Frölichkeit blickte.

Φαίδρονω, abluo, nitidum reddo. Mosch. II, 31.

Φάμεν dor. inf. a Φημι, dico. Pind. 55.

Φαος, εὖ, το, dies. Call. H. in C. 83. poet. oculus. Mosch.
 2, 4.

Φάρμακον, ἄ, το, remedium. Th. XI, 1. vocabulum μισθ. est,
 ac modo venefica et incantationes, modo medicamina signi-
 ficat. Prioris significatus est apud Bion. fragm. I, 2. ad
 quem I. v. Schwebel. vid. etiam Schol. ad nostr. loc. Theocr.
 et Th. Magistr. p. 883. Obseruante Hensterhuisio in Len-
 nep Etymolog. p. 1046. Φάρμακον proprie notat succum,
 atque adeo succum coloratum ad medicamen adhibitum, ex
 herbis expressum; nam et herbae, et maxime quidem flores,
 vocantur quoque Φάρμακα, propter varios scilicet colores.
 Solebant veteres tela inspicere veneno, quod apud omnes fe-
 re populos fuit in usu. Itaque et Φάρμακον pro veneno di-
 ctum fuit, quo sagittae vnguebantur. In genere notat
 medicamen vel salutare, vel noxium.

Φυγος vestis longior, quae aliis superinduebatur, de virili
 non minus quam muliebri usurpatur, et Bion I, 3. 72,
 quia tribuitur Deae, purpurea esse debet. Hes. interpre-
 tatur ἱματίον περιβολαίον, vbi vide interpretes; cf. quoque
 Manso ad h. I. et Alberti laudat Schol. ad Hom. II. β, 43.
 (vbi quoque consules Eustath.) et Schröder de vestitu mu-
 liebri Hebr. p. 273.

Φασκεν 3. sing. impf. ion. verb. Φασκω poet. pro Φημι aio,
 adfirmo, Mosch. II, 12.

Φεβομαι, alor, gefüttert werden. Mosch. II, 80. μισθ. refe-
 rendum ibi ad σταθμους.

Φερόλβιος, ον, felicitatem adferens, Glückbringerium. Orph.
 67, 2.

Φθονερός, α, (ion. pro η.) ον, inuidiosus, malignus. Anacr.
 29, 38.

Φθονον (Hieroctes interpretatur μεμψιν) ὅποσα ισχυι, quae-
 cunque reprehensionem habent, quae reprehendi possunt.
 Pyth. 36. Per μεμψιν quoque reddit Eustath. ad Hom.
 Odyss. α, 63. Marcilius rectius malit interpretari in-
 uidiam.

Φαρτωτερος, splendidior. Th. XI, 21. vbi v. not. Nec vsu
 loquen-

loquendi, nec etymo, nec ipso denique sententiarum nexu h. l. alia significatio admitti posse adparet. Sed aliam omnino rem debuerat eligere poeta, quacum compararet Galateam. *Vna certe immatura et ex ore Cyclo-
pis amantis, quamvis non adeo limari et politi, in vici-
nitate casei, ovis et vituli, rerum bonarum et gratarum
sensum boni pulcrique mihi quidem laedere videtur.* Ety-
mol. c. 793. 24. *παρὰ το φάος, φάρος, τροπή τ' ε' ε' ε' ε',
καὶ ὑπερθεταί, φάρος,* quamvis hanc deriuandi rationem
incommodiorem sibi videri fateatur Scheidius ad Lennep
Etym. p. 1061.

Φιλία dor. pro *Φιλημα*, *αἶος, το. osculum.* Bion I, 12.
Φιλεφύχων vitam amare, vitae rationem habere. Tyrt. I, 18.
vbi v. Klotz.

Φιλαν 1) *oseulari* Th. XI, 55. 2) *solera* Pyth. 16. de quo
Graecismo vid. Vechner. de Hellenol. p. 402. ed. Heu-
finger. Et Latini hanc loquendi elegantiam imitantur, v.
gr. Horat. III, 5, 29. Nec vera virtus, quum semel exci-
dit, curat reponi, vbi v. Iani.

Φιλομαῖος, *αἶος, δῖος, ἡ. humorem, liquorem amans;* epitheton
Solis, vel quia mari immergi, vel quia, quod magis
placet, terrae humores adtrahere credebatur, *Wasserauf-
zieher.* Orph. 7, 16.

Φίλος, *suus* Tyrt. I, 3, 25. Bion I, 18. *meus.* Pind. 6. Vel
ex Homero est notissimum, hoc adiectiuum saepe subire
potestatem et vim pronominis substantiuu. Th. XV, 143.
144. *benignus, amicus, freundlich, huldreich.*

Φίλτρον proprie de poculis amatoriis, deinde in genere de
omnibus iis, quae amorem, amicitiam conciliare valent,
vt Xenoph. M. S. II, 3, 11. et vid. Hindenb. Animadd.
ad Xenoph. p. 80. *illicebrae, vis amoris.* Hesych. explicat
Φιλία. cf. Aelian. V. H. I, 30. fin. ibique Periz. id. XII, 1.
p. 722. ed. Gronau. Euripid. Phoeniss. 1276. ibique Schol.
Eurip. Hippolyt. 509. 513. sq. ibique Barnes. *Φίλτρον*
μελέω igitur erit apud Bion I, 48. donec amorem et ami-
citiam tuam tanquam poculum amatorium exsuxero.

Φίλι, *αἶος, ἡ. limen, vestibulum.* Bion I, 87.

Φοινῆς, *purpureus.* Mosch. II, 58.

Φοινίσσω, *cruento, sanguine inficio.* Bion I, 26. a *Φοῖνος*, quod
Hesychius et Suidas interpretantur *πυρρός, ερυθρός, igneus,*
ruber, et hoc vocabulum pro: *caedes,* qua sanguis colo-
ris

ris rubri profunditur, a *Salmasio* in *Exercitt. Plinianis.* pag. 1331. deriuatur et illustratur.

Φοιταλῆος, εἰς, (ion. εἰ) εἰς, furiosus. Mosch. II, 46.

Φοιτᾶν venire, aduenire. Th. XI, 22. Est vox proprie illis, qui locum aliquem disciplinae frequentant. Alciph. III. ep. 64. p. 435. ed. Bergh. vid. *Warton* ad locum Theocriti. Hesych. Φοιτᾶ· ἐρχεται, μανεται. Notionem enim impetus, quo quid fertur et agitur, proprie inuoluit. Cleanth. 13. est Φοιτᾶ i. q. διερχεται, quae lex tua omnes res creatas penetrat.

Φορεῖσι pro Φορεῖ a Φορεῶ, fero, gesto. Bion I, 84. cf. *Maittaire de dialect.* pag. 353. C. qui sub η iota subscriptum habet.

Φραζεῖν dor. pro Φραζῆς, tecum cogita, considera. 2. sing. imperat. praesent. med. a Φραζω, dico, suadeo, hortor, Pyth. 19, 68.

Φραζομαι, med. video, perspicio. Mosch. II, 74.

Φρεῖ, dat. dor. a Φρεῖς, πρεῖς, puteus, fons. Call. H. in Cer. 16.

Φρον, εἰς, mens. Tyrt. I, 17. proprie praecordium. Plura de hoc voc. disputat *Köppen* ad Aristot. Scol. 6.

Φρικώδης, εἰς, ὁ, ἡ. horrendus. Orph. 18. vt Horat. Od. III, 4, 50. iuuentus horrida. cf. *Lennep.* Etymol. p. 1078.

Φρισσω horreo, erbeben. Orph. 18. 13. Tobler: denen die Erde erbebt und das erleuchtete Weltmeer.

Φρονήμα, Anacr. II, 7. ibique not. Reddidi in edit. Anacr. Altenburgensi: und hohen Geist dem Manne, deque rationibus huius interpretationis copiosius disserui ibidem p. 214.

Φροντις ἰδος, ἡ. cogitatio, sensus, Empfindung, vel forte malis, sublimior spiritus, hohe Begeisterung. Pind. 31. deinde, vt cura Latinorum pro carmine, ita etiam Φροντις vsurpatur. Sens: si Pifas te carmini dulcissimo pangen- do aptum reddidit, wofern Pifas und des Siegbringenden Rosses Ruhm dein Herz mit hoher süßer Begeisterung füllte.

Φροναγμα, τας, το. fremitus proprie equorum. Etymol. Φροναγμα ἡ τῶν ἵππων, καὶ ἡμιονων, διὰ μνητῆρων ἡχη, ἀγρω φουσηματι ἐκπιπτασα. cf. *Lennep.* Etym. pag. 1079. Hes. Φρονασσετα· μεγαλοφρονει, γαυγία. Mesom. 3. Docte et audacter superba hominum consilia sic adpellat.



Φυη, dor. Φυα, aetas. Mosch. II, 9. Pind. 109. vbi Schol. reddidit ἡλικίαν.

Φυκιweis, αεσσα, εν. algosus, schilficht. Th. XI, 14.

Φυλλας, αδος, ἡ. cumulus foliorum. Bion I, 69. Hesl. φυλλας αδες οἱ ξηροι κλαδοι και φυλλα εχοντες. (vbi Alberti laudat Stanley ad Aeschyl. Agam. v. 975.) et φυλλας ξηραι δαφνη εχουσα φυλλα.

Φυλαν, ε, το. gens, natio. Hom. H. in V. 3. φυλα ανθρωπων periphrasis idiomatica poetis Graecorum familiaris pro ανθρωποι; sic etiam φυλα γυναικων, φυλα μεραπων, φυλα αθαναιων etc.

Φυσις, εως, ἡ. natura, quae omnes res profert. Anacr. 2, 1.

Φωνη, vox, i. e. questus, querela. Hom. H. in V. 238. iumenfa ipsius fuit querela.

Φως, homo, vir. Mosch. II, 49. Call. H. in Cer. 46. interdum quoque poni pro τις, εκαινος, docet Dorville ad Charit. p. 234. Maxime apud poetas occurrit.

X.

Χαζευ dor. pro χαζε 2. imperat. praef. med. a χαζω, recedo. Call. H. in C. 54. entweiche! vel hebe dich weg!

Χαιρευ Procl. H. saepe. Cleant. 3. formula de piis votis et sacris adferendis sumta; supple ibi τη ευχη. Bene vertit Cludius: höre mich hold.

Χαιροιτε, valete. An. I, 10. ibique not.

Χαιτη iuba, coma. Anacr. 22. 3. vbi v. not. Sed quare Germano interpreti non liceat h. l. reddere voc. illud Locken sed Blätter, copiose docui in animaduerss. ad Anacr. Altenburgens. 1787. p. 238.

Χαλεπτω, commoueo. Call. H. in C. 49. 71.

Χαλκοτορευτος, ε. proprie ex aere caelatus. Orph. 16, 2. Sed cum h. l. de caelatura (erhobener Arbeit) sermo esse non possit, τορευω ibi idem est ac adfabre fingo, künstlich arbeiten, (cf. nostr. ind. ad Anacr. Erlang. 1786.) et vocab. ipsum reddi debet: erzgebildeter, erzgeschmiedeter Dreizack.

Χαρις, Gratia, Reiz. Pind. 48. εις χαριν τελλεται, grata sunt. Pind. 121. εραστα interpr. Schol.

Χασμα,

Χασμα, (τος, το.) οδοντων hiatus. Anacr. II, 4. vid. *Wettstein* ad Luc. XVI, 26.

Χαττω, desidero, cupio. Procl. 9.

Χειν libare. Anacr. 4, 12. Nam χουας, inferiae, constabant ut aqua, sanguine, lacte, ita quoque vino.

Χαλος, το. labium. Anacr. 29, 22. 28, 24. de usu eius metaphor. vid. ad Mosch. II, 61.

Χερμαδιον, lapis missilis. Tyrt. II, 36.

Χηλη, η. forfex cancrorum, ungula. Mosch. II, 139.

Χηρος, viduus, desertus. Call. H. in Cer. 106.

Χηρω, priuo, berauben. Aristot. 17. ubi loquutio sic supplenda εχηρ. εαυτον της αυρης, priuauit se solis splendore i. e. αυτος εθανε, sponte mortem cum vita commutauit.

Nam αυην, Φαος ηελις poetae dicunt pro βιος. cf. Mimm. II, 6.

Χηζος hesternus, pro χηες heri. Callim. 77.

Χλαμυδηφοροι ανδρες Th. XV, 6. homines chlamyde induti i. e. docti et exquisite milites, Männer im Kriegsgewande.

Χλαμυς enim apud Graecos plerumque esse vestem militarem Hemsterhusius animaduertit ad Lennep Etym. p. 1108.

est, etiam de hac veste Harles ad Anthol. lat. poet. p. 192.

Χλωρος, viridis. Sapph. II, 14. Th. XI, 13. ita quidem, ut in pallorem vergat, vel simpliciter etiam pallidus, referens colorem herbarum foliorumque flaccescentium et arefcentium; arentes enim herbae virorem illum pristinum paulatim amittunt et pallorem induunt. Pearce ad Sapph. ex Steph. thes. in voce χλωρος. cf. quoque Salmas. in exercitt. Plin. p. 594.

Χνους, lanuginosus, wollicht. Anacr. 29, 19.

Χρεων. Pyth. 31. οσσα (poet. pro οσα) χρεων sc. εστι, quodcunque necesse est, quaecunque officium tuum postulant.

Χρηζω, desidero, cupio. Sol. 44.

Χρημα, res. Χρηματα facultates, opes. Call. H. in Cer. 112. de usu h. voc. egerunt Vig. et Hoogen. de Idiotism. pag. 154. ed. Zeune. Inseruit. etiam periphrasi, ut Th. XV, 83. plane ut nos: der Mensch ist doch ein erfinderisches Ding. ibid. 145. το χρ. σοφ. das ist was herrliches!

Χρημοσυνη, inopia, penuria, Mangel. Tyrt. I, 8.

Χρονος. ως χρονω. Th. XV, 1. i. e. ως εν vel επι πολλω χρονω, quam sero! s. tandemne venis? vid. Lamb. Bos Ellips. p. 277. et Valcken. ad Herodot. VIII, 62.



Χρυσανγης, eos. δ, ή. *aurei modo splendens, de Sole, Goldglänzender Titan.* Orph. 7. 1.

Χρυσηλακατος, ε, ό, ή. *aureas (quia dea est) sagittas habens.* Hom. H. in V. 118.

Χρως, ωτος, *cutis, corpus.* Mosch. II, 7.

Χρῆμος Th. XV, 18. pro καὶ ὁ εἶμος, sc. Διοκλιδας. Plane sic apud nostrates mulierculae inter se inuicem de maritis suis querentes: *Auch meiner* (suppl. vel cognomen, vel praenomen mariti) *machts eben so.*

Ψ.

Ψαυω, *tango, berühren.* Mosch. II, 91. Hom. H. V. 125. vbi genit. haud dubie pendet a supplendo τει. *Auch mein Fuß berührte nicht die Lebenbringende i. e. ernährende Erde.* Δοκεν enim, vti Köppen bene obseruat, cum infinit. alius verbi haud raro Graeci pro solo verbo finito adhibent.

Ψεκαζω, *stillo, guttas demitto.* Anacr. IX, 5.

Ψιλος, ε, ό. *nudus, scaber.* An. XI, 5.

Ψυχη, *anima.* Tyrt. I, 14. ibique not. Sed saepe ponitur pro homine ipso, vt vertas: *ne parcite vobis.* vid. Stolberg ad Soph. Aiae. p. 198. Saepe etiam sumitur pro vita, quae significatio h. Tyrtaci loco placet. Vtraque autem significatione nihil frequentius apud Graecos scriptores,

Ω.

Ωδε, *ita, sic.* Pyth. 19. 31.

Ωδιω, *prolem edo.* Mel. II, 22. Docte et audacter de apibus examen emittentibus, quod nos dicimus *schwärmen.*

Ωη, η. *finbria.* Mosch. II, 123. poet. metaph. ab ouata specie pyri malique sumta.

Ωθew, *pello, trudo.* Med. Th. XV, 73. *trudere, pellere se, sich drängen.*

Ωισατο, *videbatur.* 3. sing. a. 1. med. poet. verbi οισμαί. Mosch. II, 8.

Ωκυαλος, ε, ο, ή. *velox.* Mosch. II, 60. *velociter currens, schnellsegelnd.* Comparatio pauonis caudam expandentis paullo obscurior quaerenda est ibi in velis nauigii velo soluto

soluto velociter currentis. Sed claudicare omnino mihi quidem videtur comparatio illa.

Quoroxos, ὁ, ἡ. immaturum partum edens. Callim. H. in Cer. 53.

Ων dor. pro εἰ, igitur. Pind. 179.

Ωρη, cura. Tyrt. I, 11: Harpocr. p. 261. ὡρη ἐστὶν ἡ Φροντισ. vid. et Graeu. lect. Hesiod. p. 6.

Ωρος, εὖρος, το. dor. pro εἰρος, et hoc ion. pro οἶρος, mons. Bion I, 7,

Ωουω, ululo. Bion I, 18.

Ως, 1) postquam. Bion I, 40. 41. 2) quantum. An. 29, 20. Etiam hoc l. cum indicatio constructur, quo quidem exemplo *Vigerus* augeri et emendari potest. 3) ὡς-ὡς, *Vt* sic. Call. H. in Cer. 125. 126. Mosch. II, 73. ubi v. not. ad v. 74. conf. Lennep. ad Coluth. anim. p. 118. sic illud Virgilii, *ut vidē, ut perii*. 4) *ut*, cum indicat. Theocr. XI, 55. *ut ad te descenderem*. Hom. H. in Ven. ὡς — ἴδον — ἔγνων, ὡς θεὸς ἦδ' αἰ, *ut primum te vidi, cognoui, te deam esse*.

Ωχρος Theocr. 30, 4. De vocab. hoc vide *Salmas. exercitt.* Plin. pag. 1154. qui *luteum*, non pallidum colorem illo voc. innui fuisse docet.

ERRATA

QVAEDAM OPERARVM CORRIGENDA.

Pag. 6. vers. 7. leg. γάρ.

— 11. vers. 8. leg. ἐκμαθ.

— 14. not. v. 5. lin. 7. l. illius pro sua.

— 16. v. 10. leg. εἰ.

— 23. not. v. 16. lin. 1. leg. φοβῦται.

— 24. vers. 31. leg. Ἑρμῆ pro ἔρμῃ.

— 33. vers. 16. leg. Φυγῆς.

— 38. not. v. 28. lin. 2. l. βέλως pro βέλως.

— 40. not. v. 1. lin. 1. leg. dorice pro ion.

— 45. vers. 30. leg. κίχρ.

— 48. vers. 71. leg. ἀνδρώποισιν pro ἀνδρσ.

— 53. vers. 10. leg. ἡριγένεια.

— 59. vers. 39. leg. Ρινδῶς.

— not. lin. 1. l. ἀρίστη.

— 63. vers. 125. l. ποσὶ.

— 64. vers. 132. l. οὐ.

— — vers. 144. l. ὄς.

— 65. vers. 157. post βαλῆσα pone comma.

— — vers. 162. leg. ἐπέβησαν.

— 66. vers. 166. scrib. θρόν.

— 67. vers. 186. scribe iunctim ταπρῶται.

— — vers. 197. lege ὄς.

— 69. vers. 227. lege ἡριγένεια.

— 71. vers. 261. lege ἄμβροτον.

— — vers. 263. εὐσκοπος pro εὐσκαπ.

— — vers. 277. leg. δ'.

— 76. vers. 16. scr. comma post γυάλοισι, et post. χιτῶν.

— 78. vers. 10. leg. diuifim ἄτερ σέο.

— 79. vers. 2. leg. ἐκείνη.

— 81. vers. 6. leg. ἀχέτας pro ἀρχ.

— 88. vers. 11. pone comma post ἀνέτλασαν.

— — vers. 12. l. ἀγορ. δυναμ.

— 89. vers. 6. scribe τῶς et dele punctum post ἀνδρ.

Pag.

